



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Antiquae Lectionis Tomus ...**

In Qvo Plvra Qvam XX. Antiqua monumenta, nunquam edita

**Canisius, Heinrich**

**Ingolstadii, 1602**

Caput 68.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64160](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64160)

tem leuant, dicentes, Sicut promissisti, da nobis, vbi rebus ditemur, aut præliemur; alioquin ad patriam non reuertimur. Ille volens compulsus à suis super Guntramnum ire; Austrasij valde insidiose dicunt ad eum, Sacramentis pacem cū Gūtramno firmasti: quopacto possumus super eum irruere? Vnanimiter exclamantes, se super Chilpericum velle ire, protinus mouentes super Chilpericum: iam eius exercitus ad propria festinans longe abierat.

## Caput 68.

h. al. Thorua



VM hæc cognouisset Chilpericus, terga vertens b Turonos peruenit. Sigibertus post tergum eius Parisios venit, ibiq; sanctum ac beatissimum Parisiorum vrbs Episcopum cum Sigibertus vidisset, hæc ab eodem verba prophetiæ audiuit, Si germanum tuū ita persequere, cogitas, vt eum interficere disponas & regnū suū auferre Scriptum est; Foueam quam fratri tuo parabis, in eam cadebis. Cuius castigationi nolens annuere, cogitabat optata perficere. Cumq; Victoriaco accessisset, omnes Neostriasæ actu venientes se suæ ditioni subiecerunt, Ansoaldus tantum cum Chilperico remansit. Fredegundis duobus pueris dolo transmissis. Sigibertum interficiunt, & ipsi interfecti sunt. Resumptis viribus Chilpericus suum regnum recepit.

## Caput 69.

i al. sports  
Aimoia. j. c. 14

RVnechildis cum filio suo Childeberto Parisijs sub custodia tenebatur; Sed factione Gundoaldi Ducis Childebertus in i pera positus per fenestram à puero acceptus est. Et ipse puer \* singulos eum Metris exhibuit. Ibique à Gundoaldo vel Austrasij in regno patris sublimatur. Brunichildis iussu Chilperici exilio Rothomagi retruditur. In eo anno fulgor decurrisse